PAULUS DIACONUS. LANDULPHUS SAGAX. THEODORICUS AMORBACENSIS

12. bis 13. Jh. Seite 50r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26351
Copyright: Admont, Benediktinerstift

50

orientis civitatem. et duobus regibus sese gessisse
ipse pompeius narravit. His gestis in asiam
se recepit. et finem antiquissimo bello dedit.
Marco. tullio. cicerone oratore. et gaio
antonio consulibus anno urbis conditae dcmo.
lxxxmo nono. l. sergius catilina nobilissi
mi generis vir sed ingenii pravissimi
ad delendam patriam coniuravit cum quibusdam
claris quidem sed audacibus viris. a cicerone
urbe expulsus est. socii eius deprehensi in car
cere strangulati sunt. ab antonio altero
consule catilina victus proelio est. et interfectus.
Sexcentesimo xcmo. anno urbis conditae deci
mo iunio silano et lucio murena consulibus.
metellus de creta triumphavit. pompeius
de bello pyratico et mitridatico. nulli
umquam pompa triumphi similis fuit. Duc
ti sunt ante eius currum filii mitridatis. fi
lius tigranis et aristobolus rex iudeorum.
praelata est ingens pecunia auri atque argen
ti infinitum pondus. Hoc tempore nullum
per orbem terrarum grave bellum erat. Anno